

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. VI.

1888.

Inhalt: 49. Leo XIII. ordnet für den vierten Sonntag des September einen Seelengottesdienst an. — 50. Ablässe für den Monat November. — 51. Verleihung des violetten Birretts. — 52. Decretum de oratione Sacrosanctae. — 53. Rosmini propositiones damnatae. — 54. Schulgesetz vom 7. Juli 1888. — 55. Reisebegünstigungen seitens der Dampfschiffahrts-Gesellschaft des österr.-ungarischen Lloyd für Missionäre aus Bettelorden etc. — 56. Dispensation von Ehehindernissen bei Abschließung einer Ehe auf dem Todtenbette. — 57. Schlader'sche Stiftung für Lehrerswitwen. — 58. Concurs-Verlautbarung. — 59. Chronik der Diöcese.

49.

Epistola Pontificia

LEONIS PP. XIII.

ad Patriarchas, Primate, Archiepiscopos et Episcopos catholici orbis universos gratiam et communionem cum apostolica sede habentes.

Quod anniversarius Sacerdotii Nostri dies quinquagesimus nuper Ecclesiae peroptato illuxerit, acceptum, ut oportet, referimus summae Dei benignitati, cujus nutu arbitrioque providentissimo omnis vita hominum regitur. Ac pari modo tantam ubique animorum consensionem in obsequiis, in effusa liberalitate, in publicis laetitiae significationibus nemo poterat nisi Ille excitare, cujus omnino imperium est in hominum mentes et voluntates et corda, quique eventus rerum ad christianae religionis gloriam dirigit et moderatur. — Praeclarum quidem et memorabile factum, ex quo ipsi Ecclesiae hostes, vel inviti et nolentes, suis ipsi oculis perspiciunt, quemadmodum divina ejus vita ac divinitus ingenita virtus vigeat semper, atque adeo persuadere sibi cogantur, insano prorsus conatu gentes impias fremere et inania meditari adversus Dominum et adversus Christum ejus.

Jamvero, ut quam latissime hujus beneficii divini et memoria manaret et utilitas, caelestium gratiarum thesauros universo Nobis concredito gregi reclusimus: nec sane praetermisimus divinae pietatis munera iis ipsis implorare, qui extra unicam salutis Arcam adhuc versantur: quod hoc consilio

fecimus, ut omnes gentes et populi, in fide caritatis vinculo sociati, unico ovili sub uno pastore citius aggregentur: ita sane Dominum Nostrum Jesum Christum cum gemitibus exoravimus in solenni Saëro Canonizationis mox celebratae.

Nos enim et ad triumphantem Ecclesiam sublatis oculis, heroibus christianis, de quibus jam absoluta feliciter erat praestantissimarum virtutum ac miraculorum ad juris tramites cognitio, aliis sanctorum summos honores, aliis beatorum cultum solemniter decrevimus et tribuimus, ut ea quae in caelis est Hierusalem, cum hac ipsa quae in terris peregrinatur a Domino, communione laetitiae jungeretur.

Verum quo huic ipsi rei veluti cumulus, Deo adjuvante, imponatur, Apostolicae Nostrae caritatis officia, de plenitudine infiniti spiritualis thesauri, ad eos quoque dilectos Ecclesiae filios, largius quo fieri possit, proferre cupimus, qui morte justorum obita de militia hujus vitae migrarunt cum signo fidei, ac mysticae vitis inserti propagini: ita tamen ut prohibeantur ingressu in aeternam requiem usque dum divinae justitiae ultrici pro contractis debitis ad minimum reddant quadrantem. —

Movemur autem tum piis catholicorum votis, quibus consilium hoc Nostrum pergratum esse scimus, tum lacrimabili poenarum, quibus defunctorum animae cruciantur, atrocitate: sed praeterea et maxime movemur consuetudine Ecclesiae, quae, vel inter iucundiores per annum solemnitates, sanctam et salubrem agit defunctorum memoriam, ut a peccatis solvantur.

Itaque cum ex catholica doctrina exploratum sit *animas in purgatorio detentas Fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris Sacrificio, juvari*, nullum censemus neque utilius neque optatius a Nobis proficisci ad eas posse pignus, quam si multiplicemus in locis omnibus pro satisfactione ipsarum oblationem mundam sacrosancti Sacrificii Mediatoris nostri divini.

Quare statuimus, cum necessariis omnibus dispensationibus et derogationibus, *ultimam Dominicam proxime venturi mensis Septembris* tamquam amplissimae expiationis diem, quo celebretur a Nobis, itemque a singulis fratribus Nostri Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Praelatis Dioecesim habentibus, in suis cujusque Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis et Cathedralibus, specialis missa defunctorum, majori qua fieri potest solemnitate, eoque ritu qui in missali adsignatur

in Commemoratione omnium fidelium defunctorum. Id ipsum fieri probamus in Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis tam saecularium quam regularium, et ab omnibus sacerdotibus, dummodo ne omittatur missa officio diei respondeus, ubicumque est obligatio. — Alios autem Christifideles vehementer hortamur ut, facta sacramentali confessione, ad purgantium animarum suffragium angelico pane se devote reficiant. — His vero plenariam Indulgentiam pro defunctis: singulis, ut dictum est supra, celebrantibus, Altaris privilegium, auctoritate Apostolica impertimur.

Sic nimirum piae animae in quibus noxarum reliquiae terribili cruciatuum magnitudine eluuntur, peropportuno ac singulare solatium percipient ex Hostia salutari, quam Ecclesia universa, Capiti suo visibili conjuncta eodemque caritatis affectu inflammata, Deo est oblatura, ut eis locum refrigerii, lucis et pacis indulgeat sempiternae.

Interea Vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo curae vestrae concredito, Apostolicam benedictionem, caelestium munerum auspiciem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum in die solemnii Paschatis anno MDCCCLXXXVIII Pontificatus Nostri undecimo.

Leo PP. XIII.

DECRETUM URBIS ET ORBIS,

quo universis Christifidelibus conceduntur Indulgentiae mense integro Novembri piis exercitiis animabus Purgatorii opem et solamen laturis.

Ex Audientia Sanctissimi diei 17. Januarii 1888.

Inter cetera christianae pietatis officia illud etiam in permultis variarum Dioecesium Ecclesiis obtinuit mense integro Novembri juvandi quotidianis suffragiis animas piacularibus poenis excruciatas, immo et privatim a Christifidelibus hujusmodi pium exercitium frequentari coeptum est. Quamvis autem singulis petentibus Indulgentiarum munera pro hoc pio exercitio Romani Pontifices concedere non renuerint, nondum tamen harum Indulgentiarum

concessio universalis evaserat. Modo vero quum supplicationes porrectae fuerint Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII., quatenus universis Christifidelibus praefatum pium exercitium peragentibus Indulgentiarum thesaurum reserare dignaretur, Idem Sanctissimus, hisce petitionibus elementer exceptis, quo ferventior erga defunctorum animas foveatur charitas, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui sive publice sive privatim peculiaribus piis exercitiis devotisque obsequiis animabus in Purga-

torio detentis solamen per integrum mensem Novembrem quotidie afferre studuerint. Indulgentiam *septem annorum totidemque quadragenarum* semel in singulis praefati mensis diebus lucranda, et iisdem pariter *Plenariam Indulgentiam* in una memorati mensis die uniuscujusque arbitrio eligenda, qua vere poenitentes, confessi ac sacra communione refecti fuerint et aliquam Ecclesiam vel publicum Sacellum adiverint, ibique ad mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est impertitus; quas Indulgentias eadem Sanctitas sua defunctis quoque

applicabiles benigne declaravit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum *Romae* ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 17. Januarii 1888.

Caietanus Card. **Aloisi Masella**, Praefectus.

Alexander Episcopus **Oensis**, Secretarius.

Die Gläubigen sollen seiner Zeit auf diese Ablässe aufmerksam gemacht und zur Gewinnung derselben angeeifert werden.

51.

Concessio birreti violacei**Leo PP. XIII.**

Ad perpetuam rei memoriam. Praeclaro divinae gratiae munere effectum est, ut Sacerdotalis Nostrae consecrationis diem quinquagesimo anno redeuntem, frequenti Episcoporum Venerabilium fratrum Nostrorum corona septi, innumero fidelium coetu stipati, quin et universo christiano orbe gestiente, celebrare potuerimus. Cui tantae celebritati fastigium impositum est maioribus caelitus honoribus, quos divino Spiritu adspirante suprema auctoritate Nostra nonnullis eximiae sanctitatis viris solemniter attribuimus. Quae quidem omnia non uno Nobis nomine grata et periucunda fuerunt. Primo enim in spem adducimur, fore ut fidelium precibus ac novensilium Sanctorum intercessione propitiatus Deus, tot tantisque, quibus humana premitur societas, malis opportuna afferat remedia, optatamque mundo pacem ac tranquillitatem largiatur. Deinde vero ex eo laetamur, quod innumerales observantiae et obsequii significationes, quibus Nos toto orbe fideles unanimi consensione prosecuti sunt, tum ostendunt et antiquam pietatem et Apostolicae Sedis amorem christianis pectoribus alte manere defixum, tum in summam Venerabilium Fratrum sacrorum Antistitum laudem

cedunt, quorum opera ac virtute in populis sibi commendatis et concreditibus in tanta temporum perversitate ita viget ac floret catholicae religionis cultus, et huic Sedi ac Romano Pontifici sunt animi addicti atque coniuncti. Nos ne fausti huius eventus memoria intercidat, atque ut publicum aliquod benevolentiae Nostrae testimonium Venerabilibus Fratribus exhibeamus, externo honoris insigni universos terrarum orbis Antistites exornandos censuimus. Quare hisce litteris Apostolica auctoritate Nostra perpetuum in modum concedimus, ut universi Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi birreto violacei coloris hoc futurisque temporibus uti libere et licite possint et valeant. Hoc ita illis proprium volumus, ut alius, qui Episcopali dignitate non sit insignitus, eiusmodi ornamento nullatenus potiri queat. Non obstantibus Constitutionibus et sanctionibus Apostolicis, ceterisque omnibus, licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Datum *Romae* apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 3. februarii, MDCCCLXXXVIII Pontificatus Nostri Anno Decimo.

M. Card. Ledóchowski.

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

De Oratione „Sacrosanctae“ post absolutum Officium divinum.

Cum Sacrae huic Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae in una Melden, inter alia exhibitum fuisset dubium enodandum: *An ad lucranda indulgentiam vel fructum orationis Sacrosanctae et individuae etc. necessario flexis genibus haec oratio sit dicenda, vel an saltem in casu legitimi impedimenti ambulando, sedendo recitare valeat?* EE. PP. in generalibus Comitibus die 5. Martii anni 1855 apud Vaticanas Aedes habitis respondendum esse duxerunt: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.* Facta itaque SS.mmo D. N. Pio PP. IX. relatione per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium die

12. ejusdem mensis Sanctitas Sua votum Eminentissimorum Patrum approbavit. In Audientia vero Sanctissimi die 26. Julii ejusdem anni ab Eminentissimo Cardinali Sac. Congregationi Praefecto habita, Eadem Sanctitas Sua ex speciali gratia clementer indulsit, ut Oratio *Sacrosanctae etc.* pro lucranda indulgentia a s. m. Leone PP. X. adnexa, seu fructu dictae orationis, *etiam non flexis genibus recitari possit ab iis, qui legitime impediti fuerint infirmitatis tantum causa.* Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

A. Colombo,
Secret.

F. Card. Asquinius,
Praef.

Rosmini propositiones damnatae.

Decretum generale.

Feria IV die 14. Decembris 1887. Post obitum Antonii Rosmini Serbati quaedam ejus nomine in lucem prodierunt scripta, quibus plura doctrinae capita, quorum germina in prioribus hujus Auctoris libris continebantur, clarius evolvuntur atque explicantur. Quae res accuratiora studia non hominum tantum in theologicis ac philosophicis disciplinis praestantium, sed etiam Sacrorum in Ecclesia Antistitum excitarunt. Hi non paucas propositiones, quae catholicae veritati haud consonae videbantur, ex posthumis praesertim illius libris exscripserunt, et supremo S. Sedis judicio subjecerunt. — Porro SS. mus D. N. Leo divina providentia Papa XIII., cui maxime curae est, ut depositum catholicae doctrinae ab erroribus immune purumque servetur, delatas propositiones Sacro consilio Emorum Patrum Cardinalium examinandas commisit. — Quare uti mos est Supremae Congregationis, instituto diligentissimo examine, factaque earum propositionum collatione cum reliquis Auctoris doctrinis, prout

potissimum ex posthumis libris elucescunt, propositiones quae sequuntur in proprio Auctoris sensu reprobandas ac proscribendas esse judicavit, prout hoc generali decreto reprobat, damnat. proscribit; quin exinde cuiquam deducere liceat, ceteras ejusdem Auctoris doctrinas, quae per hoc decretum non damnantur, ullo modo approbari. — Facta autem de his omnibus SS. mo D. N. Leoni XIII. accurata relatione, Sanctitas Sua decretum Emorum Patrum approbavit, confirmavit, atque ab omnibus servari mandavit.

1. In ordine rerum creaturarum immediate manifestatur humano intellectui aliquid divini in se ipso, hujusmodi nempe quod ad divinam naturam pertineat. *)

2. Cum divinum dicimus in natura, vocabulum istud *divinum* non usurpamus ad significandum effectum non divinum causae divinae;

*) Jeder Nummer ist der italienische Wortlaut mit Angabe der Stelle in dem betreffenden Buche beigefügt.

neque mens nobis est loqui de *divino* quodam, quod tale sit per participationem.

3. In natura igitur universi, idest in intelligentiis quae in ipso sunt, aliquid est cui convenit denominatio divini non sensu figurato, sed proprio. — Est actualitas non distincta a reliquo actualitatis divinae.

4. Esse indeterminatum, quod procul dubio notum est omnibus intelligentiis, est divinum illud quod homini in natura manifestatur.

5. Esse quod homo intuetur necesse est ut sit aliquid entis necessarii et aeterni, causae creantis, determinantis ac finientis omnium entium contingentium: atque hoc est Deus.

6. In esse quod praescindit a creaturis et a Deo, quod est esse indeterminatum, atque in Deo, esse non indeterminato sed absoluto, eadem est essentia.

7. Esse indeterminatum intuitionis, esse initiale, est aliquid Verbi, quod mens Patris distinguit non realiter sed secundum rationem a Verbo.

8. Entia finita, quibus componitur mundus, resultant ex duobus elementis, idest ex termino reali finito et ex esse initiali, quod eidem termino tribuit formam entis.

9. Esse, objectum intuitionis, est actus initialis omnium entium. — Esse initiale est initium tam cognoscibile quam subsistentium: est pariter initium Dei, prout a nobis concipitur, et creaturarum.

10. Esse virtuale et sine limitibus est prima ac simplicissima omnium entitatum, adeo ut quaelibet alia entitas sit composita, et inter ipsius componentia semper et necessario sit esse virtuale. — Est pars essentialis omnium omnino entitatum, ut cogitatione dividantur.

11. Quidditas (id quod res est) entis finiti non constituitur eo quod habet positivi, sed suis limitibus. Quidditas entis infiniti constituitur entitate, et est positiva; quidditas vero entis finiti constituitur limitibus entitatis, et est negativa.

12. Finita realitas non est, sed Deus facit eam esse addendo infinitate realitati limitationem. — Esse initiale fit essentia omnis entis realis. —

Esse quod actuatur naturas finitas, ipsis conjunctum, est recisum a Deo.

13. Discrimen inter esse absolutum et esse relativum non illud est quod intercedit substantiam inter et substantiam, sed aliud multo majus: unum enim est absolute ens, alterum est absolute non-ens. At hoc alterum est relative ens. Cum autem ponitur ens relativum, non multiplicatur absolute ens: hinc absolutum et relativum absolute non sunt unica substantia, sed unicum esse; atque hoc sensu nulla est diversitas esse, imo habetur unitas esse.

14. Divina abstractione producitur esse initiale, primum finitorum entium elementum; divina vero imaginatione, producitur reale finitum, seu realitates omnes, quibus mundus constat.

15. Tertia operatio esse absoluti mundum creantis est divina synthesis, idest unio duorum elementorum: quae sunt *esse initiale*, commune omnium finitorum entium initium, atque *reale finitum*, seu potius diversa realia finita, termini diversi ejusdem esse initialis. Qua unione creantur entia finita.

16. Esse initiale per divinam synthesim ab intelligentia relatum, non ut intelligibile sed mere ut essentia, ad terminos finitos reales, efficit ut existant entia finita subjective et realiter.

17. Id unum efficit Deus creando, quod totum actum esse creaturarum integre ponit: hic igitur actus proprie non est factus, sed positus.

18. Amor, quo Deus se diligit etiam in creaturis, et qui est ratio qua se determinat ad creandum, moralem necessitatem constituit, quae in ente perfectissimo semper inducit effectum; hujusmodi enim necessitas tantummodo in pluribus entibus imperfectis integram relinquit libertatem bilateralem.

19. Verbum est materia illa invisibilis, ex qua, ut dicitur Sap. XI. 18, creatae fuerunt res omnes universi.

20. Non repugnat ut anima humana generatione multiplicetur; ita ut concipiatur eam ab imperfecto, nempe a gradu sensitivo, ad perfectum, nempe ad gradum intellectivum, procedere.

21. Cum sensitivo principio intuibile fit esse, hoc solo tactu, hac sui unione, principium illud antea solum sentiens, nunc simul intelligens, ad nobiliorem statum evehitur, naturam mutat, ac fit intelligens, subsistens atque immortale.

22. Non est cogitatu impossibile, divina potentia fieri posse, ut a corpore animato dividatur anima intellectiva, et ipsum adhuc maneat animale: maneret nempe in ipso, tamquam basis puri animalis, principium animale, quod antea in eo erat veluti appendix.

23. In statu naturali, anima defuncti existit perinde ac non existeret: cum non possit ullam super seipsam reflexionem exercere, aut ullam habere sui conscientiam, ipsius conditio similis dici potest statui tenebrarum perpetuarum et somni sempiterni.

24. Forma substantialis corporis est potius effectus animae, atque interior terminus operationis ipsius: propterea forma substantialis corporis non est ipsa anima. — Unio animae et corporis proprie consistit in immanenti perceptione, qua subjectum intuens ideam affirmat sensibile, postquam in hac ejus essentiam intuitum fuerit.

25. Revelato mysterio SSmae Trinitatis, potest ipsius existentia demonstrari argumentis mere speculativis, negativis quidem et indirectis, hujusmodi tamen ut per ipsa veritas illa ad philosophicas disciplinas revocetur, atque fiat propositio scientifica sicut ceterae: si enim ipsa negaretur, doctrina theosophica *purae rationis* non modo incompleta maneret, sed etiam omni ex parte absurditatibus scatens annihilaretur.

26. Tres supremæ formæ *esse*, nempe subjectivitas, objectivitas, sanctitas, seu realitas, idealitas, moralitas, si transferantur ad esse absolutum, non possunt aliter concipi nisi ut personae subsistentes et viventes. — Verbum, quatenus objectum amatum, et non quatenus Verbum, idest objectum in se subsistens per se cognitum, est persona Spiritus Sancti.

27. In humanitate Christi humana voluntas fuit ita rapta a Sp. Sancto ad adhaerendum Esse objectivo, idest Verbo, ut illa ipsi integre tradiderit

regimen hominis, et Verbum illud personaliter assumpserit, ita sibi uniens naturam humanam. Hinc voluntas humana desiit esse personalis in homine, et cum sit persona in aliis hominibus, in Christo remansit natura.

28. In christiana doctrina, Verbum, character et facies Dei, inprimitur in animo eorum qui cum fide suscipiunt baptismum Christi. — Verbum, idest character in anima impressum, in doctrina christiana est Esse reale (infinite) per se manifestum, quod deinde novimus esse secundam personam Sanctissimæ Trinitatis.

29. A catholica doctrina, quæ sola est veritas, minime alienam putamus hanc conjecturam: In eucharistico Sacramento substantia panis et vini fit vera caro et verus sanguis Christi, quando Christus eam facit terminum sui principii sentientis, ipsamque sua vita vivificat: eo ferme modo qua panis et vinum vere transsubstantiantur in nostram carnem et sanguinem, quia fiunt terminus nostri principii sentientis.

30. Peracta transsubstantiatione, intelligi potest, corpori Christi glorioso partem aliquam adjungi in ipso incorporatam, indivisam, pariterque gloriosam.

31. In Sacramento eucharistiae, *vi verborum* corpus et sanguis Christi est tantum ea mensura quæ respondet quantitati (a quel tanto) substantiæ panis et vini quæ transsubstantiantur: reliquum corporis Christi ibi est *per concomitantiam*.

32. Quoniam qui non manducat carnem Filii hominis et bibit ejus sanguinem, non habet vitam in se; et nihilominus qui moriuntur cum baptismo aquæ, sanguinis aut desiderii certe consequuntur vitam æternam: dicendum est, his, qui in hac vita non comederunt corpus et sanguinem Christi, subministrari hunc coelestem cibum in futura vita, ipso mortis instanti. — Hinc etiam Sanctis V. T. potuit Christus descendens ad inferos seipsum communicare sub speciebus panis et vini, ut aptos eos redderet ad visionem Dei.

33. Cum daemones fructum possederint, putarunt se ingressuros in hominem, si de illo ederet; converso enim cibo in corpus hominis animatum,

ipsi poterant libere ingredi animalitatem, idest in vitam subjectivam hujus entis, atque ita de eo disponere sicut proposuerant.

34. Ad praeservandam B. V. Mariam a labe originis, satis erat ut incorruptum maneret minimum semen in homine, neglectum forte ab ipso daemone; e quo incorrupto semine de generatione in generationem transfuso, suo tempore oriretur Virgo Maria.

35. Quo magis attenditur ordo justificationis in homine, eo aptior apparet modus dicendi scripturalis, quod Deus peccata quaedam tegit aut non imputat. — Juxta Psalmistam discrimen est inter iniquitates quae remittuntur, et peccata quae teguntur: illae, ut videtur, sunt culpaes actuales et liberae, haec vero sunt peccata non libera eorum qui pertinent ad populum Dei, quibus propterea nullum afferunt nocumentum.

36. Ordo supernaturalis constituitur manifestatione esse in plenitudine suae formae realis: cujus communicationis seu manifestationis effectus est sensus (sentimento) deiformis, qui inchoatus in hac vita constituit lumen fidei et gratiae, completus in altera vita constituit lumen gloriae.

37. Primum lumen reddens animam intelligentem est esse ideale; alterum primum lumen est etiam esse, non tamen mere ideale sed subsistens ac vivens: illud abscondens suam personalitatem ostendit solum suam objectivitatem: at qui videt alterum (quod est Verbum), etiamsi per speculum et in aenigmate, videt Deum.

38. Deus est objectum visionis beatificae, in quantum est auctor operum *ad extra*.

39. Vestigia sapientiae ac bonitatis, quae in creaturis relucescunt, sunt comprehensoribus necessaria: ipsa enim in aeterno exemplari collecta sunt ea Ipsius pars quae ab illis videri possit (che è loro accessibile), ipsaque argumentum praebent laudibus, quas in aeternum Deo Beati concinunt.

40. Cum Deus non possit, nec per lumen gloriae totaliter se communicare entibus finitis, non potuit essentiam suam comprehensoribus revelare et communicare nisi eo modo qui finitis intelligentiis sit accomodatus: scilicet Deus se illis manifestat quatenus cum ipsis relationem habet ut eorum creator, provisor, redemptor, sanctificator.

Joseph Mancini S. Rom. et Univ. Inq. Notarius.

54.

Gesetz vom 17. Juni 1888,

betreffend die Abänderung des Gesetzes vom 20. Juni 1872 (R.-G.-Bl. Nr. 86), über die Beforgung des Religionsunterrichtes in den öffentlichen Volks- und Mittelschulen, sowie in den Lehrerbildungs-Anstalten und den Kostenaufwand für denselben.

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrathes finde Ich anzuordnen, wie folgt:

Artikel I.

Die §§ 3 und 5 des Gesetzes vom 20. Juni 1872, R.-G.-Bl.-Nr. 86, treten in ihrer bisherigen Fassung außer Kraft und haben fortan zu lauten, wie folgt:

§ 3. Für die Beforgung des Religionsunterrichtes an den höheren Classen einer mehr als dreiclassigen allgemeinen Volksschule oder an einer Bürgerschule ist

entweder eine Remuneration zu ertheilen oder ein eigener Religionslehrer zu bestellen.

Wenn der Religionsunterricht in Gemäßheit des § 5 des Gesetzes vom 14. Mai 1869, R.-G.-Bl. Nr. 62, durch einen weltlichen Lehrer ertheilt wird, ist demselben eine angemessene Remuneration zu bewilligen.

Ist der Religionsunterricht außerhalb des Domicils des Religionslehrers zu ertheilen, so sind hiefür

nach Erforderniß mit Rücksicht auf die Entfernung und sonstigen localen Verhältnisse angemessene Transportmittel beizustellen oder billige Wegentschädigungen zu gewähren.

§ 5. Die für den Religionsunterricht nach §§ 3 und 4 erwachsenden Kosten gehören, wenn nicht eigene Fonde, Stiftungen oder Verpflichtungen einzelner Personen oder Corporationen bestehen, zum Aufwande der betreffenden Schulen.

Die Regelung der den Religionslehrern an allgemeinen Volksschulen und an Bürgerschulen zukommenden festen Bezüge und Remunerationen, die nähere Feststellung der Bedingungen ihrer Gewährung, ferner die Normirung der Wegentschädigung bleibt, wie dies in Betreff des Dienst Einkommens der übrigen

Lehrer der Fall ist (§§ 55, 57 des Gesetzes vom 14. Mai 1869, R.-G.-Bl. Nr. 62), der Landesgesetzgebung vorbehalten.

Artikel II.

Die für den Religionsunterricht im Sinne dieses Gesetzes zu gewährenden Bezüge (§§ 3 und 5) sind jenen Seelsorgegeistlichen, die nach Gesetz vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. Nr. 47, auf ein Minimaleinkommen (Congrua) Anspruch haben, in dasselbe nicht einzurechnen.

Artikel III.

Mit der Durchführung dieses Gesetzes ist Mein Minister für Cultus und Unterricht beauftragt.

Budapest, 17. Juni 1888.

Franz Josef, m. p.

Caaffe, m. p.

Gautsch, m. p.

55.

Circular des Verwaltungsrathes der Dampfschiffahrts-Gesellschaft des österr.-ung. Lloyd

ddo. 8. Juni 1888,

betreffend die Reisebegünstigungen für Missionäre aus Bettelorden, Barmherzige Schwestern, Seminaristen und Pilger.

Da in dem neuesten Post- und Navigationsvertrage, der mit allerh. k. k. Regierung abgeschlossen wurde, die Erleichterungen zu Gunsten der Mönche und überhaupt derjenigen Personen, die zu frommen Zwecken reisen, erneuert wurden, findet der gefertigte Verwaltungsrath in dem vorliegenden Circulare im Sinne des Protokolles Artikel XI. Post 5 die bezüglichlichen Vorschriften zur Richtschnur derjenigen Organe, die für deren Befolgung verantwortlich sind, in Kürze auseinander zu setzen.

1. Die einem Bettelorden angehörigen Missionäre, welche in das hl. Land, oder zu Ungläubigen zum Zwecke des Missionsdienstes oder im Auftrage der hl. Congregation zur Verbreitung des Glaubens in Rom, des hochwürdigsten Ordens-Generals der Minderen des hl. Franciscus in Rom oder des General-Comissariates für Missionen in dem heil. Lande in Wien, reisen, genießen auf der Fahrt, die sie direkt nach ihrem Bestimmungsorte unternehmen, die Ueberfuhr gratis 2. Classe, müssen sich jedoch den Lebensunterhalt selbst versorgen.

2. Für eine Fahrt können auf demselben Dampfer nur 2 Gratisplätze für Missionäre bewilligt werden.

3. Die Eigenschaft als apost. Missionär, die Mitgliedschaft eines Bettelordens und die Sendung zu den Ungläubigen müssen mittelst eines gedruckten Decretes beglaubigt werden, welches, wenn es von der hl. Congregation zur Verbreitung des Glaubens erlassen wird, von Sr. Eminenz dem hoch. Herrn Cardinalpräfecten und Sekretäre und wenn es vom hochw. Ordensgeneral des hl. Franciscus erlassen wird, von diesem selbst und dem Generalsekretär gefertigt sein muß.

In beiden Fällen aber muß das Decret mit dem großen Siegel versehen und müssen die obenangeführten Unterschriften vom Staatssekretariate und von der k. k. österr. Gesandtschaft in Rom legalisirt sein.

4. Diejenigen Missionäre, welche vom Generalcommissariate für Missionen im hl. Lande zu Wien auf Reisen geschickt werden, müssen mit einem Decrete des Ordensgenerals des hl. Franciscus in Rom, wie unter Nr. 3, versehen sein.

5. Außer in dem sub Nr. 1 angeführten Falle, in welchem die Reise völlig unentgeltlich ist, genießen noch überdies die Missionäre auf den Dampfern der Gesellschaft auf jeder anderen ihrer Reisen und daher auch auf der Rückkehr von ihrer Mission die Erleichterung, in I. Classe gegen Zahlung der II. Classe und in II. Cl. gegen Zahlung der III. Cl. fahren zu können. Die Agentien der Gesellschaft und die Befehlshabschaften der Dampfer sind für die pünktlichste Befolgung dieser Vorschriften verantwortlich und wird es ihre Pflicht sein, sofort bei Einschiffung eines Missionärs die Identität seiner Person auf Grund des Passes zu konstatiren und in einem bezüglichen Ausweise, sowohl den Namen als auch den Bestimmungsort und alle anderen Daten des Decretes anzuführen.

6. Einem Bettelorden angehörigen Mönchen und Laienbrüdern wird die Reise II. Classe gegen Zahlung der III. Classe auf allen Touren gestattet.

7. Bettelnde Franciscaner aus Dalmatien. Außer den sub 6 angeführten allgemeinen Begünstigungen werden ihnen noch auf der Tour Triest-Cattaro 12 Gratisplätze II. Classe für die Dauer eines Jahres gewährt, u. z. für Hin- und Rückreise, jedoch nur unter folgenden Bedingungen:

- a) Der Mönch muß mit einem geschriebenen, von dem betreffenden Ordensprovincial und Sekretär gefertigten und mit dem kleinen Provincial-Siegel versehenen Decrete ausgestattet sein.
- b) Die Befreiung von der Zahlung des Fahrpreises kann nur immer einem Individuum zu gleicher

Zeit gestattet werden; die Lebensmittel werden tarifmäßig bezahlt, oder es muß sich der Betreffende diese selbst verschaffen.

c) Die Fahrt von Triest nach Cattaro und umgekehrt kann von einem und demselben mit oder ohne Unterbrechung gemacht werden; es kann auch in einem oder dem anderen Hafen ein anderer Mönch an Stelle des Ersteren eintreten, wenn er in der sub a) angeführten Weise mit den gehörigen Documenten versehen ist, doch dürfen diese Reisen nicht die Zahl 12 überschreiten.

d) Jede Agentie muß einen genauen Vormerk der eben angeführten Reisetouren führen und in dem Ausweise die fortlaufende Nummer der Reisen anmerken (auf der ihr zugewiesenen Tour) mit Berufung auf das Decret a) und muß sofort die Weiterfahrt untersagen, wenn im Laufe eines Jahres die Anzahl der Reisen bei 12 angelangt ist.

8. Barmherzige Schwestern. Diesen wird auf allen Touren die Fahrt in I. Classe gegen Zahlung der II. Classe oder in II. Classe gegen Zahlung der III. Classe gestattet.

9. Seminaristen. Wenn deren mindestens 10 reisen, so wird Ihnen eine 15% Ermäßigung des Fahrpreises gestattet.

10. Pilger, die in einer Karavane von mindestens 10 Personen reisen oder reisen wollen, genießen die sub 9. angeführte Begünstigung. Einer Gesellschaft von mehr als 20 Personen kann im gegebenen Falle die Ermäßigung von einem Drittel des gesamten Fahrpreises gewährt werden.

Dispensation von Ehehindernissen bei Abschließung einer Ehe auf dem Todtenbette.

(Aus dem Wiener Diöcesan-Blatte Nr. 12.)

„Se. Eminenz der Kardinal-Sekretär der heiligen Congregation der Inquisition hat am 20. Februar 1888 an die Bischöfe ein Schreiben gerichtet, dessen erster Theil hier mitgetheilt wird:

De mandato Sanctissimi D. N. Leonis XIII. Supremae Congregationi S. Rom. et Univ. Inquisi-

tionis nuperrimis temporibus duplex quaestionum genus expendendum propositum fuit. Primum respicit facultates, quibus urgente mortis periculo, quando tempus non suppetit recurrendi ad S. Sedem, augere conveniat locorum Ordinarios dispensandi super impedimentis publicis matrimonium dirimen-

tibus cum iis, qui iuxta civiles leges sunt coniuncti aut alias in concubinato vivunt, ut morituri in tanta temporis angustia in facie Ecclesiae rite copulari, et propriae conscientiae consulere valeant: alterum spectat ad executionem dispensationum, quae ab Apostolica Sede impertiri solent.

Ad primum quod attinet, re serio diligenterque perpensa, adprobatoque et confirmato Eminentissimorum Patrum una mecum Generalium Inquisitorum suffragio, Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia, qua locorum Ordinarii dispensare valeant sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem super impedimentis quantumvis publicis matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro presbyteratus Ordine, et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente.

Mens autem est eiusdem Sanctitatis Suae, ut si quando, quod absit, necessitas ferat, ut dispensandum sit cum iis, qui sacro subdiaconatus aut diaconatus Ordine sunt insigniti, vel solemnem professionem religiosam emisierint, atque post dispensationem et matrimonium rite celebratum convaluerint, in extraordinariis huiusmodi casibus, Ordinarii de impertita dispensatione Supremam Sancti Officii Congregationem certiores faciant et interim omni ope curent, ut scandalum, si quod adsit, eo meliori modo quo fieri possit removeatur tum inducendo eosdem, ut in loca se conferant, ubi eorum conditio ecclesiastica aut religiosa ignoratur, tum si id obtineri nequeat, iniungendo saltem iisdem spiritualia exercitia aliasque salutares poenitentias, atque eam vitae rationem, quae praeteritis excessibus redimendis apta videatur, quaeque fidelibus exemplo sit ad recte et christiane vivendum.

Es kann eben vorkommen, daß zwei Personen, welche entweder eine Civilehe geschlossen haben oder im Concubinate leben, am Todtenbette noch eine vor der Kirche gültige Ehe schließen möchten, die aber wegen eines trennenden kirchlichen Ehehindernisses erst nach eingeholter Dispens vom römischen Stuhle kirchlich gültig geschlossen werden könnte.

Für einen solchen dringenden Fall, in welchem die Nachsicht seitens des heiligen Stuhles nicht mehr erwirkt werden kann, sind den Ordinarien laut Inhalt des obigen Schreibens neuerdings ausgedehnte Dispensvollmachten verliehen worden.

Diese Dispensvollmachten beziehen sich:

1. auf trennende Ehehindernisse des öffentlichen Rechtes, wenn
2. die der Dispens bedürftigen Personen entweder schon eine nach bürgerlichem Rechte gültige Ehe geschlossen haben oder im Concubinate mit einander leben und wo
3. wegen eingetretener Todesgefahr um Erlangung der Dispens nicht mehr an den apostolischen Stuhl nach Rom gegangen werden kann.

Die trennenden Ehehindernisse des öffentlichen Rechtes, in denen durch diese Vollmachten eine Dispens gegeben werden kann, können natürlich nur Ehehindernisse des positiven Rechtes (juris ecclesiastici) sein. Es kann daher von einem Ehehindernisse wegen Ehebandes § 20 A. f. g. G., § 62 a. b. G. und der Verwandtschaft in auf- und absteigender Linie, zwischen voll- und halbblütigen Geschwistern nach § 26 A. f. g. G., § 65 a. b. G. nicht dispensirt werden. Auch ist namentlich von der Dispensvollmacht ausgeschlossen das Ehehinderniß wegen der Priesterweihe und wegen der ehrbaren Schwägerschaft im ersten Grade der geraden Linie, z. B. zwischen Stiefeltern und Stiefkindern, Schwiegervater und Schwiegertochter.

Hindernisse des öffentlichen Rechtes, in denen auf Grund dieser Vollmachten dispensirt werden kann, sind:

1. höhere Weihen und feierliche Ordensgelübde (beschränkt) § 24 A. f. g. G., § 63 a. b. G.,
2. Religionsverschiedenheit zwischen Getauften und Ungetauften § 25 A. f. g. G. und § 64 a. b. G.,
3. Blutsverwandtschaft (beschränkt), § 26 A. f. g. G. und § 65 a. b. G.,
4. geistliche Verwandtschaft, § 27 A. f. g. G.,
5. bürgerliche Verwandtschaft, § 28 A. f. g. G.,
6. Schwägerschaft aus erlaubtem Umgange (beschränkt), § 30 A. f. g. G. und § 66 a. b. G.,
7. Schwägerschaft aus unerlaubtem Umgange, § 31 A. f. g. G.,

8. Forderung der öffentlichen Sittlichkeit, §. 33 A. f. g. G.,

9. Ehebruch, § 36 A. f. g. G. und § 67 a. b. G.,

10. Gattenmord, § 37 A. f. g. G. und § 68 a. b. G.,

11. Heimlichkeit, § 38 A. f. g. G. und § 75 a. b. G.

Im § 69 der Anw. f. g. G. wurde ausdrücklich hingewiesen, daß es den österreichischen Staatsbürgern nicht erlaubt sei, die Vorschriften zu vernachlässigen, welche das österreichische Gesetz über die bürgerlichen Wirkungen der Ehe aufstellt. Durch das Gesetz vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 47 ist wohl das Patent vom 8. Oktober 1856, R.-G.-Bl. Nr. 185 für die Ehen der Katholiken außer Kraft getreten und sind die Vorschriften des II. Hauptstückes des allg. bürgerlichen Gesetzbuches über das Eherecht der Katholiken wieder hergestellt worden. Allein die Seelsorger müssen immer jede Vorsicht anwenden, damit sie nicht bei Abschließung von Ehen mitwirken, die vor dem bürgerlichen Gesetze ungiltig sind. Von der Giltigkeit einer Ehe im Bereiche des bürgerlichen Rechtes hängen eben Familien- und erbrechtliche Folgen ab. Ueberdies ist ein Seelsorger nach § 78 des a. b. G. schweren Strafen ausgesetzt, wenn er eine Trauung vornimmt, bei welcher nicht alle Anstände behoben sind.

Bei vielen der in Frage stehenden Dispensationsfällen wird die Ertheilung der kirchlichen Dispens keine Aenderung der Verhältnisse herbeiführen und den Seelsorger in keinen Conflict mit den bürgerlichen Behörden bringen, weil die der Dispens Bedürftigen schon eine Civilehe geschlossen haben, mithin einer Dispens von der bürgerlichen Obrigkeit nicht mehr bedürfen. In Fällen aber, bei denen sowohl von dem Ordinariate als auch von der bürgerlichen Obrigkeit Dispens zu erwirken ist (bei Confubinaten), kommt zu beachten:

Das a. b. Gesetzbuch kennt die Ehehindernisse der geistlichen Verwandtschaft, der bürgerlichen Verwandtschaft, der Schwägerschaft aus unerlaubtem Umgange und der Forderung der öffentlichen Sittlichkeit nicht. Bei diesen Ehehindernissen entfällt daher das Einschreiten um eine Nachsicht von Seite der bürgerlichen Obrigkeit.

Bei den Ehehindernissen der Blutsverwandtschaft und Schwägerschaft aus erlaubtem Umgange ist die Berechnung der Grade nach kanonischem und bürgerlichem Rechte verschieden.

Das Ehehinderniß des Ehebruches gilt nach bürgerlichem Rechte nur dann, wenn der Ehebruch durch ein rechtskräftiges, strafgerichtliches Urtheil als erwiesen erscheint.

Minderjährige und ihnen gleichgestellte Personen bedürfen zur Giltigkeit ihrer Ehe im Rechtsbereiche des a. b. G. einer Ehebewilligung von Denjenigen, denen sie unterstehen. § 49 und §. 183 a. b. G.

Zur Giltigkeit einer Ehe ist wenigstens eine einmalige Verkündigung nothwendig. § 74 a. b. G. Diese beiden Einschränkungen, an welche nach bürgerlichem Rechte die Giltigkeit einer Ehe geknüpft ist, kennt das kirchliche Eherecht nicht.

Zur Ertheilung der Dispens von allen drei Aufgeboten nach bürgerlichem Rechte, § 86 des a. b. G. und im Sinne des Gesetzes vom 4. Juli 1872, R.-G.-Bl. Nr. 111, sind die k. k. politischen Bezirksbehörden (Bezirkshauptmannschaften) und in jenen Städten, welche eigene Gemeindestatuten besitzen, die mit der politischen Amtsführung betrauten Gemeindebehörden in erster Instanz (Magistrate) competent.

In Fällen, bei denen diese Dispensvollmachten angewendet werden sollen, haben die betreffenden Seelsorger sich um den Erhalt derselben an das fürsterzbischöfliche Ordinariat und wenn die bürgerliche Dispens benöthigt wird, an die k. k. Statthalterei zu wenden, wie nicht minder bei der k. k. Bezirkshauptmannschaft um Nachsicht der drei Aufgebote anzusuchen.

Die Eintragung der vollzogenen Trauung hat nach den bestehenden Vorschriften zu geschehen. Ist die kirchliche Trauung der vorausgegangenen Civilehe gefolgt, so wird der Akt in fortlaufender Reihe ohne Nummer eingetragen. Ist die Ehe sowohl für den kirchlichen als auch staatlichen Rechtsbereich geschlossen worden, so ist dieselbe in fortlaufender Reihe mit Nummer einzutragen. In der Rubrik „Anmerkung“ ist Alles auf die abgeschlossene Ehe sich Beziehende zu bemerken.“

57.

Ausschreibung der Johann Nep. Schlacker'schen Stiftung für Lehrerswitwen.

Die vom Normalschuldirector, k. k. Schulrath und Ehrenomherrn Johann Nep. Schlacker, errichtete Stiftung zur Unterstützung von je einer Volksschullehrerswitwe ist für die Zeit vom 1. August 1887 bis hin 1888 wieder einer Anderen zu verleihen.

Solche Witwen, welche sonst keine Stiftung genießen, wollen durch die hochw. Pfarrämter von der Ausschreibung dieser Stiftung mit dem Bemerken verständigt werden, daß

sie im Falle einer Bewerbung um dieselbe ihr diesfälliges Gesuch mit glaubwürdigen Zeugnissen über ihre wirkliche Armuth, ihren tadellosen Lebenswandel und über den mindestens zehnjährigen, im Lande Krain lobenswerth versehenen Volksschullehrersdienst ihres verstorbenen Mannes zu belegen und bei diesem Consistorium, dem das Verleihungsrecht zusteht, bis zum 30. September d. J. einzureichen haben.

58.

Concurs-Verlautbarung.

Bei der Metropolitankirche zum h. Stephan in Wien ist durch Todfall ein Savoyisch-Liechtenstein'sches Canonikat in Erledigung gekommen.

Die Gesuche um dasselbe sind an Se. Durchlaucht den Fürsten von Liechtenstein zu stylisiren und bis 15. Sept. d. J. beim fürstbischöflichen Consistorium in Wien einzureichen.

Die beiden Pfarren: Planina, im Decanate Cirknica und Ebenthal, im Decanate Gottschee, sind ebenfalls durch Todfall in Erledigung gekommen.

Die Gesuche um die Erstere sind an die durchlauchtige Inhabung des Patronatsgutes Haasberg, um die Letztere aber an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu Laibach zu richten.

Peremptorischer Competenztermin 20. September 1888.

59.

Chronik der Diöcese.

Herr Josef Skofic wurde am 9. August d. J. auf die ihm definitiv verliehene Pfarre Zaplana canonisch investirt. Herr Karl Lapajne wurde für die Pfarre Vavta Vas und Herr Simon Zuzek, Pfarrer zu St. Catharina, für die Pfarre Vodice präsentirt.

Herr Josef Belar, Pfarrer in Hotedersica, wurde über eigenes Ansuchen als Provisor der vakanten Pfarre Vrh bei Idria angestellt. Mit der Mitprovidirung der Pfarre Hotedersica wurde der Pfarrer von Logatec beauftragt.

Herr Andreas Dremelj, Pfarrer in Râteče, wurde in den definitiven Ruhestand versetzt; mit der Providirung der Pfarre Râteče aber der Pfarrer von Weissenfels betraut.

Herr Franz Dolinar, Cooperator in Borovnica, wurde zum Provisor der vakanten Pfarre Planina bestellt; Herr Michael Arko, Cooperator in Hrenovice, aber als Ortskurat in Sturije angestellt.

Versetzt wurden folgende Herren Hilfspriester: Johann Hromec von Gottschee nach Borovnica, Johann Možina von Stari Trg nach Hrenovice, Johann Bevc von Bloke nach Stari Trg, Johann Mali von Spodnja Idrija nach Bloke, Johann Zupančič von Cerklje nach Spodnja Idrija, Johann Krek von Košana nach Cirknica, Johann Sternad von Trnovo nach Košana, Josef Zalokar von Cirknica nach Trnovo, Josef Kos von Fara bei Kostel nach Toplice, Franz Sustersic von Smlednik nach Smartno bei Litija und Josef Kramarič von Mitterdorf bei Gottschee nach Hinje.

Neuangesetzt wurden die Herren: Anton Krainer als Kosler'scher Benefiziat und Cooperator in Gottschee, Anton Gabrič als II. Cooperator in Semič, Johann Čebasek als

Cooperator in Poljane ob Lack, Johann Nemanjič als Cooperator in Fara bei Kostel, Johann Müller als Cooperator in Smlednik, Franz Hribar als Cooperator in Brezovec und Mathias Slak als Cooperator zu Mitterdorf bei Gottschee.

In den Diöcesan-Clerus und das Clericalseminar wurden neu aufgenommen: Alex Ušeničnik aus Poljane ob Lack, Alfons Levičnik aus Planina, Anton Cestnik aus Čemšenik, Mojs Šarec aus Preserje bei Kamnik, Stefan Rihar aus Polhov Gradec, Josef Benkovič aus Kamnik, Gaspar Porenta aus Virmaše bei Loka, Martin Poljak aus Ljubljana, Leopold Raktelj aus Ribnica, Martin Kerin aus Hl. Kreuz bei Kostanjevica, Marj Sesarg aus Trebnje, Josef Gruden aus Ljubljana, Johann Abram aus Idrija, Johann Debelak aus Trzič, Jakob Mihelič aus Kropa, Mojs und Franz Česarek aus Ribnica. — In die Theologie als Externisten: Karl Dornik aus Trzič, Johann Cukale aus Vrhnika, Victor Zabukovšek aus Kostanjevica, Franz Pavlin aus Vipava, Anton Medved aus Kamnik, Felix Šarc aus Ljubljana, Josef Cegnar aus Stara Loka, Karl Cik aus Ljubljana und Gustav Koller aus Ljubljana.

Gestorben sind die Herren: Jakob Senčar, Pfarrer von Foscolino der Diöcese Parenzo-Pola, am 7. Juli; Josef Jerič, pens. Pfarrer in Ljubljana, am 12. Juli; Franz Rihar, Pfarrer in Planina, am 15. Juli; Friedrich Ignaz Ritter von Friess, inful. Abt zum heil. Grabe in Stefansdorf, in Wien am 10. Juli; Johann Jelenc, Defizientenpriester in Rudolfswerth, am 1. August und der Pfarrer von Ebenthal Josef Zalokar. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. Juli 1888.